

(25) Cesserunt constantiae tuae neque amplius rem sollicitarunt: quo facto [reuerentiae in patrem]. | (26) pietatis in sororem, fide[is] in nos patrociniū succēptum sola peregisti. |

(27) Rara sunt tam diuturna matrimonia finita morte, non divertio in[terrupta: nam contigit] | (28) nobis, ut ad annum XXXXI<sup>6</sup> sine offensa perduceretur. Utinam vetust[um ita extremam sub]- (29) isset mutationem vice m[e]a, qua iustius erat cedere fato maiorem. |

(30) Domestica bona pudici[t]iae, opsequi, comitatis, facilitatis, lanificiis<sup>7</sup> tuis [adsiduitatis, religionis] | (31) sine superstitione, o[r]natus non conspiciendi, cultus modici cur [memorem? cur dicam de tuorum cari]- (32) tate, familiae pietate, [c]um aequae matrem meam ac tuos parentes col[ueris eandemque quietem] | (33) illi quam tuis curaveris, cetera innumera- bilia habueris commun[ia cum omnibus] | (34) matronis dignam f[am]mam eo[rum] entibus? propria sunt tua, quae vindico ac [quorum pauci in] | (35) similia inciderunt, ut talia paterentur et praestarent, quae rara ut essent, [hominum] | (36) fortuna cavet. |

(37) Omne tuom patrimonium acceptum ab parentibus communi dili- gentia cons[ervavimus]: | (38) neque enim erat acquirendi tibi cura, quod totum mihi tradidisti. Officia [ita par]- (39) titi sumus, ut ego tu[elam] tuae fortunae gererem, tu meae custodiam sust[ineres. Multa] | (40) de hac parte omittam, ne tua propria mecum communicem: satis sit [hoc] mi[hi] tuis] | (41) de sensibus [indi]casse.

(42) [Liberali]tatem tuam c[um] plurimis necessariis tum praecipue pietati praesti[tisti domesticae]. | (43) [Feminas egregias licet facile qu]is alias nominaverit, unam dumtaxat simillimam [tui] | (44) . . . . . [h]abuisti sororem tuam: nam propinquas vestras d[ignas eiusmodi] | (45) . . . . . [of]ficiis domibus vestris apud nos educavisti. eadem u[t condicio]- (46) nem dignam famili[ae] vestrae consequi possent, dotes parastis: quas quid[em a vobis] | (47) constitutas comm[uni] consilio ego et C. Cluvius excepimus et probantes [liberalitatem,] | (48) ne vestro patrimo- nio vos multaretis, nostram rem familiarem sub[didimus] | (49) nostraque praedia in dotes dedimus. Quod non venditandi nostri c[ausa] rettuli, | (50) sed ut illa consi[lia] vestra concepta pia liberalitate honori no[s] duxisse consta- (51) ret exequi de nos]tris. | (52) Complura alia benefici]a tua prae- mittenda [duxi . . . . .

(perierunt complura).

(Pag. II).<sup>8</sup>

. . . . . [subs]idia fugae meae praestitisti ornamentis | (2) [divenditis], cum omne aurum margaritaeque corpori | (3) [detracta trad]idisti mihi et subinde familia nummis fructibus, | (4) [deceptis a]dversariorum custodibus apsentiam meam locupletasti<sup>9</sup>. | (5) [Experiri vim mil]itis<sup>10</sup>, quod ut cona- rere virtus tua te hortabatur, | (6) [destitisti: tutiorem viam tibi m]unibat<sup>10</sup>